

EMBLEMA LII.

Timor animat.

LII.

Pro vitâ, & timidis porrigit arma metus.

Imbellem, ac timidum nunquam despexeris hostem;
 Neve instes nimium si tibi terga dedit.
 Tam nihil est pugnax, quàm spes abiecta salutis.
 Tunc timidis animos reddit, & arma metus.
 En audent pauidæ pro vitâ in prælia damæ,
 Atque petunt vltro, quos timuere, canes.
 Quin &, cum reti, valido vel dente tenetur,
 Pro vitâ inualidus militat ore lepus.
 Nonne audax rostro, miseram cum ceperit auceps,
 Vt laqueum rumpat, parua repugnat auis?

Nun-